Duellum antea bellum dicebatur:quod duæ ſint partes dimicantium:poſt mutata & detracta littera bellum dicitur.

Duere dare uincere.

Duit dedit.

Duent dabunt.

Dulcis ſuauis :iucundus:amabilis .mitis miſericors Dulcis diminutiuũ dulciculus dulcicula lũ. hic & hæc dulcis & hoc dulce dulcis cior ſimus iter dulcedo.

Dulceo ces dulceſco.

Dulcor ratus ĩdulco cas cõdulco cas :componitur dulciloquus dulcifluus & ſcđm quoſdã ĩdulgeo.

Dulcia dñr genera piſtorii operis a ſapoꝛ ſic noĩata

Dulcoratum dulcedine repletum.

Dulcuſis ſeruitus :quæ & deo quantum oportet reddenda eſt & hominibus.

Dulia δουλια ſeruitus cõmunis græce dicitur ideſt deo uel hominibus uel naturæ:unde ſeruus dulos δοῦλος græce dicitur.

Dulichium inſula:in qua regnauit laertes.

Dum:cum quoaduſq; donec tñ . Dũ ſolet expletiua ĩueniri:ut agedũ adeſdũ qddũ.Inuenit͛ aũt ad uerbiũ tẽporis uel cõiũctio cauſalis:qñ ꝓ eina ει να cõiunctiõe græca accipit͛ . Cõiũctio uero ſubiunctiuo iũgit͛ cũ dumetũ ubi dumi ideſt ſpinæ naſcuntur.

Dum⁹ ſpia:in q̄ naſcit͛ mora ſylueſtris .i. rubus.

Duumuir maſculinum eſt:a uiro componitur. Duũuir: q ſup duos uiros:habet poteſtatẽ.

Dumtaxat ſine præiudicio:tamẽ nanq; tantum. Dumtaxat componitur ex dum & taxat : aduerbium eſt quantitatis.

Duo uel duæ dicimus:quæ ſingularẽ non admittũt numerũ:ut bĩa caſtra arma. Duo & ambo pꝛ ſecũdæ declinatiõis ſunt ĩ gtõ & accuſatiuo duorũ amborũ duos ambos:quis neutro dici ſoleat duũ cã differentiæ:accuſatiuus quoq; maſculinũ eſt.qñ nomĩatiuo ſimilis ꝓfert͛: quomodo ĩ neutro:ut duo uiros.Datiuos & ablatiuos in bus in omni genere terminant.

Duodecim tabulæ dicuntur:quibus leges ſunt a decem uiris incluſæ.

Duodeuigiti .i. duo minus de.xx.

Duonus bon⁹.

Duplex duplicis duabus ꝑtib⁹ cõſtãs generis oĩs.

Duplaris numerus eſt:cum minor bis in maiore numeratur:ut quattuor ad duo:ex hoc naſcitur ſymphonia diapaſon.

Duraconem græci dicunt nauim:quæ alio nomine trieris dicitur.

Durachium Δυρραχιον eſt mons epiri:ubi ẽ caſtum quoddam petra dictum.

Duricia herba galli criſta.

Duro as actiuum:inde dureo eiuſdem ſignificationis:a quo dureſco.

Durus rigidus patiens difficilis:inde duricia.

Durare pati.multum ſufferre.

Duſios galli nominant dæmonas:q aſſidue ſtuprĩ peragunt ĩmũditiã.hi græce panite:latine ĩcubi dicũt͛.iidẽ & piloſi hos romãĩ faunos ficarios dñt

Duſmum incultum dumoſum.

Dux ducis commune dictus:quod ſit ductor exercitus non tamen ſtatim rex.in bello uero melius eſt dux nominari quam rex.

E Præpoſitio ẽ in compoſitione uel ẽ priuatiuũ:ut eneruis:uel eſt intentiuum : ut enarro:uel ꝓ extra ponitur ut educo.præpõitur.b.d.g l.m.n.r.u. & .i. cõſonantib⁹ Reliquis uero ſequentib⁹ ex præponitur:licet aliquãdo .x.in.f.uertatur : In quibuſdã.ſ.aufert͛:ut exequor

Ea inſula circes.

Eacides eaci nepos ideſt achilles.

Eatus pater pelei patris achillis:qui apud inferos iudex fieri dicitur meruiſſe.

Eale animal in india mouens.cornua.

Ean εαν.græce ſi cauſalem ſignificat.

Ei ειη uero ſi continuatiuum.

Eatenus eo uſque ea ratiõe hucuſq;.

Ebdomades cõceptiones:in aſpiratis ponit͛ q̄ fiũt in mẽte:quæ partim notæ ſũt oĩb⁹:ut ſi de æqualib⁹ æq̄lia demas equalia ſũt q̄ remanẽt partim ſapiẽtib⁹ tantum ut ĩcorporea loco nõ eẽ hebdomades ideſt cõceptiões p.b.debẽt ſcribi declinatur uero hæc hebdomas dis:& pluralit͛ hæ hebdomades.hebdomas pro ſeptimana:& ſcribi deberet per.p.Nã deriuat͛ ab hepta græco ideſt ſeptẽ latine.h.in.ſ.mutata.Sed quia apud latios.p. ante.d.nõ reperitur tranſit.p.in.b. ſecundũ quoſdã:& dicit͛ hebdomada:aſpirat͛ hebdomas.

Ebenus arbor in Media & æthiopia naſcitur:quæ cæſa dureſcit in lapidem cuius lignum nigrum eſt:inde ebeninus.Ebenus gẽma ſpecioſa & candida:qua aurum poliunt.

Eber nepos arphaxat:a quo hebræi:interpetratur tranſitus:eo qđ ab eius ſtirpe tranſierit deus trãſlita gratia in gentes.

Ebeſtitis gẽma naturam ſpeculi habet in recentibus imaginibus:quãq̄ rutilet experimẽtũ eius ẽ ſi feruẽti aqua ſtatim addita refrigeret:aut ſi ſoli appoſita aridã materiã accẽdat.Naſcit͛ in corio.

Ebiones pauperes

Ebionitæ hæretici ab ebione dicti: uel a paupertate:chriſtum enim prophetam ſolum uirum iuſtum putant effectum:unde bene a paupertate ĩtelligentiæ dicti ſunt.

Ebis gurdus.

Ebor arbor imputribilis nigri coloris.

Ebur a barro ideſt elephãto dictũ elephãti dens ẽ.

Eburneus nea neum de ebore.

Eccam ecce eam.

Eccas ecce eas uide uel aſpice:q̄ ſubaudiunt͛ & inſimilibus ꝓnoĩa ſunt in accuſatiuo tm̃ compoſita.

Ecatombeõ teucroꝝ ligua ianuarius mẽſis aſpirat͛

Echologus excelſus ſermonis græce.

Ecce cum oſtendis aduerbium eſt.

Ecerere iure iurando per cererem.

Echinus paruus:ac ſemipedalis piſciculus :nomē ſumpſit quod nauem adhærēdo retineat.hunc latini moram dicunt.

Echinus uas quoddam ſimile piſci:Echinus a te reſtri echino nomen traxit:quem uulgus ericiū dicit quia ſimiliter occultatus eſt ſpinis.Echinus breuis piſciculus ſi præſenſerit uim uentorum calculum ualidum accipit:a quo uelut ab anchora teneatur:ne a ui fluctuū excutiatur quod eſt iudicium nautis futuræ perturbationis:fertur quoque nauem tenere ſicut anchora inmobilem aliquando:quod tantum uirtutis niſi munere creatoris potuit ſuppetere.

Echini animalia ſunt parua:quæ in littoribus gignuntur:quorum caro:minio ſimilis eſt & dulcis:duplex teſtula ſpinis aculeata inmodum caſtanearum.

Echinus iſte terrenus:quem uulgo eritiū uocāt ſi quid inſidiarū præſēſerit ſpinis ſuis claudit idē ēt ſi quando boream flaturum collegerit ſeptentrionalē ſpirandi ſibi uiā obſtruit:quando uero notū flatū ſentit:ad ſeptentrionē ſe confert.ut flatus declinet obuios.

Echidna ſerpens quidam uel pro celebro.

Echinades inſulæ dicuntur quinque ſūt:quas fecit achelous.

Echion pater pentei gener cadmi:qui thebas conſtruxit.

Echidne gemma uipereas maculas exprimit.

Echios hærba dicta: quod capiti uipere ſæmen eius ſimile ſit:eadē ē alchibiadia.folia habet longa:aſpa tenuiſſima:ipſa aſperitas ſpinis paruis ſimilis flores iter folia purpureos radix pua & nigra.quæ trita & cū uino potata cōtra ſerpentium morſum ,pdeſt uel āte uel poſtea.Eſt aūt una uis & hærbæ & ſæminis & radicis.

Echyra fabula quædam:quæ iterpretat̄ ſocrus.

Echis εχειϭ græce labes.

Echis mos græce corruptela.

Ecclesia εκκλησιs græce latine conuocatio dicit̄ qd' oēs ad ſe uocet catholice: quod eſt uniuerſaliter:non enim ſicut conuenticula hæreticoꝝ aliquibus regionum partibus coartatur:ſed per totum orbem dilatata diffunditur.

Eccleſiaſtes græce hebraice dicitur coeleth latine concionator dicitur ideſt ſolomon eo quod ſermo eius non ſpecialiter ad unū ſicut in prouerbiis:ſed ad uniuerſos generaliter dirigatur Eccleſiaſtes proprie concionator dicitur.In concione uero ſententia promitur per quam tumultuoſa ſeditio comprimitur.Et cum multi diuerſa ſentiant per concionantis rationem ad unam ſētentiam pducūt:hic ergo liber iccirco cōcionator dicitur:quia ſolomon in eo quaſi tumultuantis turbæ ſuſcepit ſenſum:ut ea per inquiſitionē dicat: q̄ fortaſſe per tēptationē imperita mens ſētiat:Nā qd' ſētētias quaſi per iquiſitionē mouet quaſi tot i ſe pſonas diuerſorū ſuſcepit.Sed cōcionator uerax uelut extēſa manu oium tumultus ſedat:eoſq; ad unam ſentētiā reuocat:cum i eiuſdem libri termio ait:finem loquendi oēs pariter audiamus. Deū time & mādata eius obſerua: hoc eſt oīs homo.Si eni i libro eodē p loquutionē ſuam multorū perſonas non ſuſceperat:cur audiendi finem ſecum pariter admonebat. Qui ergo i fine libri dicit omnes pariter audiamus:ipſe ſibi teſtis eſt:quia in ſe multorum pſonas ſuſcipiens quaſi ſolus locutus eſt unde & alia ſunt:quæ in eodem libro per inquiſitionem mouetur:atq; alia quæ per rationem ſatiſfaciūt:alia quæ ex tēptati profert animo:atq; ad hæc huiuſmodi delectationibus dediti:alia uero in quibus ea quæ rationis ſunt differant atq; animum delectatiōe cōpoſcant.

Eccleſiaſticū librū certiſſime ieſus filius ſyrach nepos ieſu ſacerdotis magni hieroſolimita cōpoſuit:q liber apud latinos ,pter eloquii ſimilitudinē Solomonis titulo prænotat̄:dictus āt eccleſiaſticus quia de eccleſiæ totius diſciplina relligioſæ conuerſationis magna cura ſit editus & ratōe hic autem apud hebræos reperitur:ſed inter apochryphos habetur.

Eccleſiazo εκκλησιαζω concionator græce.

Eclipſis eſt defectus neceſſaria dictionis:ut. hæc ſecum.deeſt loquebatur.quære me in Eg.

Echo uox aeris uel ſonus in ſyluā uel in cauernis. reſonans.

Echones ſacerdotes ruſtici.

Ecors ſine corde uel conſilio:alienus ciectus.

Ecquando aliquando:ecce aliquando.

Ecquid en aliquid.

Ecquis en aliquis ecce quis.

Ecthaſis extenſio ſillabæ contra naturam: ut Italiā fato profugus:cū corripi prima debeat.

Ectecha peribolus.

Ectos εκΤοϭ græce extra.Priſ. Octologus excelſus ſermo.n.græcum eſt.

Ecudere fabricare excutere:

Equuleus paruus equus uel tormentum quoddā dictum:qd extendat:

Eccum componitur ecce eum.

Eccos ecce eos.

Edax uorator inſatiabilis ab edendo.

Eda baſterna.

Aedes omne ædificium:quidam uero dicunt qd' ad edendū ſit factū:unde & dr:ideſt ædicula ideſt domuncula:ide ædiles:q ædibus præſunt.

Edepol per edem pollucis aduerbium iurandi.

Edentare dentes excutere.

Edentulus ſine dentibus.

Edi ab edendo dicti:parui.n.pinguiſſimi ſūt & iucūdiſſimi ſaporis. Edi ſūt ſtellæ in ſiniſtro humero aurigæ.quaꝝ occaſus tēpeſtates ſequuntur.

Edicere imperare:præcipere monere extra dicere publicare:i de edictā publicata.

Edicomatus eiectus.

Edictum imperiale præceptum:quod rex uel ipērator edicit.

Edicta magiſtratuum ſunt:quæ prætores urbani

uel peregrini uel ædiles curiales ſcilicet præto-
res iura dixerunt.
Aedificium dici putatur:quod fuerit prius ad edē
dum factum.
Aedificare edes facere:in altū edere uel componeř
Aedificatio noua conſtructio.
Aedis ſingulariter templum dr̄.pluraliter Aedes
domos uel munitiones ciuitatis ſignificat:inde
dr̄ ædilis cuſtos templi. idem & ædituus:& illa
res aedilitas dicitur.
Aedilicius q ex ædile ſcriba eſt.
Aedilis cuſtos ædificii ideſt capitolii.priſc. digni
tatis nomen.eſt ad uiros pertinentis.ideoq̃ maſ
culinum eſt ab æde melius per æſcribuntur.
Ediſſa urbs meſopothamiæ:quā cōdidit Nēbroth
filius chus:quæ antedicta eſtarech poſt uerſo no
mine a ſeleuco rege dicta eſt ſeleucia.
Edipnia difficultas anhælitus.
Ediſſero ris:narro expono.
Ediricius iudex:quem una pars eligit.
Editio expoſitio ab edo is:quaſi extra datio.
Editus ianitor cuſtos edis unde & dicitur edo es
eſt iæquale ſignificat comedo & facit p̄teritū edi.
Edo dis æquale eſt uerbum :componitur ex e &
do ſignificat parturio uel compono uel formo.in
de editus editio.
Edit profert parit facit orationem manifeſtat inde
editum ideſt ſublime elatum altum.
Editus natus genitus.
Educo:manduco conſumo:inde edax & eduliū &
edulus ideſt comeſtor & edacitas.i.uoracitaſ eſca.
Edo es eſt cā differentiæ facit in plurali tam̄ nume
ro ſeruat regulam tertiæ coniugationis edimus
editis edunt:ſimiliter in p̄to imperfecto edebā
bas bat:& plr̄ edebāus batis bant:& ī futuro edā
edes edet & edēus tis edent:& ī omnibus.quæ ſo
lent ī hac cōiugatione a prima naſci perſona hoc
ē in tertia perſona imperatiui edat:& in futuro
optatiui:quod eſt ſubiunctiuum præſens.edam
das dat.In omnibus uero quæ ſolēt a ſecunda p
ſona naſci. corruptam inuenies regulam:es ta-
men:quam a ſecunda perſona accipiunt:produ
cta ubiq̃ ſeruat̃ es eſt eſte eſto eſtote edo es eſt e-
dimus editis edunt edebam bas bat edebamus
batis bant edi ediſti edit edimus ediſtis ederūt
uel edere ederam ras rat ederamus ratis ederant
edam edes edet edemus edetis edent.Imperati
uo modo ede edat edemus eſte.edāt futuro eſto
tu eſto ille edāus eſtote edunto.Optatiuo utinā
eſſem eſſes eſſet:eſſemus eſſetis eſſent.præterito
utinam ediſſem ſes ſet.ediſſemus ſetis ſent.Futu
ro utinam edam edas edat:edamus edatis edāt.
Cōiunctio cum edam edas edat:edamus edatis
edēt.præterito imperfecto cum eſſem eſſes eſſet
eſſemus eſſetis eēnt præterito perfecto cum ede
rim ris rit:ederimuſ ritis rint:præterito pluſq̄per
fecto cum ediſſem ſes ſet ediſſemus ſetis ſent.Fu
turo cum edero ris rit ederimus ritis rint.Infini
tiuo modo eſſe ediſſe edēdi do dum.Supina eſū
uel eſtum uſus exigit:Nam adeſus ābeſus come
ſtus ī compoſitis reperit̃: uetuſtiſſimi tamē edo
edis dicebant penultimam corripit.
Edoea ueretra græce plr̄.
Edon filius eſau:a quo idumei.interpretatur ter-
renus uel ſanguineus.
Edon ſeyr Idumea eſau una genus nominatur.
Educare enutrire inſtruere eligere educere,ptra-
here eruere ſubuertere:
Edulum ab edēdo dictum quaſi prægustatiua co
meſtio.
Edulia cibi alimenta apta ad manducandum.
Edurus ſatis durus.
Effa interpretatur reſolutio uel effundens:eſt aūt
regio in prouincia ſabba.
Effari loqui.
Effatus extra uel aperte locutus.
Effari uane loqui alii effundere dicunt.
Effebus adoleſcens imberbis Imo qđ ſit ad ΗΒΗΝ
heben ideſt ad pubertatem.
Effectus laſſatus fatigatus fractus ſine effectu lan-
guidus.
Effectus perfectus ab efficio cis deriuatur.
Effectus tus uel effectio ideſt profectio:uel quod
a cauſa efficitur ut dies eſt effectus ſolis.
Efemera ſimplex febris.
Ephemeris græce unius diei geſtio hæc apud noſ
diurnum uel diarium uocatur.
Ephemerides libri:quibus quottidiani actus ſcri-
bi ſolent.
Effæminare emolire quaſi fœminam facere.
Effæminatus quaſi fœmina factus.
Effera ferinæ mentis aſpera ſterilis.
Efferor ris efferatus mente ferina effectus ſine ra-
tione immiſſus.
Effero profero lacero ſuperbio.
Epheſus urbs:quā amazones cōdiderunt in aſia:
interpretatur uoluntas mea uel conſilium.
Effeta quod eſt ad aperire uacuare.
Effœta ſine fœtu ſterilis longæua dicta:quod ſit
frequenter excuſſa fœtu.
Effœtus exhauſtus uacuatus.
Ephexegeſis explanatio ſuperioris ſermonis.
exageratio:ut ſerpens res mortifera.
Ephialtes græce latine incubus:fit autē hoc paſſi-
uo graui & inſolito ſōno ſuppreſſis ita ut præ-
focari ſe putent:aut aliquē ſibi irruiſſe:qui eis cor
pus exanimare cōtendat ſi āt dormierit ſupinus
plus,ſuffocatur unde incubus dicta eſt a mentis
atq̃ ſenſus incubatione:fit autem hæc paſſio:uel
plenitudine nimia cibi uel potus uel ex inanita
te uel ex abundantia ſanguinis.
Efficatia perfectio agilitas.
Efficax cis componitur effectus capax:qui facile
poteſt implere:quod uult.Efficax effector uelox
dictus:quod nullam difficultatem habeat ī qua
libet re facienda.
Efficere perficere leuiter implere.
Effidatus perterritus.
Effigies imago forma ſimulacrum.
Effigiare formare.

Effine eſt quotiens in eodem ſenſu diutius imoramur:ut cui bono inimicus nō fuit.qñ āt nō accuſauit aliquē aut uerberauit aut prodidit.
Effingere aſſimulare adumbrare.
Ephippia equorum fræni ſauinæ ꝟ pectoralia.
Efflagitare expoſtulare.
Efflare ſpirare.
Effluere largiter fluere.
Effenei hæretici iudæorum dicunt eſſe chriſtum qui docuit illos omnem abſtinentiam.
Effodere e terra aliquid eruere.
Effoſſus de terra cauatus: terebratus perforatus
Effoth ueſtis ſacerdotalis:quæ ſuperhūerale appellatur. Eſt autem ī caracallæ nodum ſed ſine cuculo.huius ueſtimenti duo ſunt genera unū lineū & ſimplex:quod ſacerdos habebat:alterū diuerſis coloribus:auro gēmiſq; cōtextū:quo ſoli pōtifices utebantur:Interpretatur autem latine palliū.
Effraim filius Ioſeph.interpretaꝛ fructificatio uel augumentum.
Effrata ex hebræo ſpeculum interpretatur quod eſt figura.
Effrata ciuitas bethlem uel regio.
Effren interpretatur fructificatio pro duabus tribubus leui & Ioſeph.
Effrænatus dictus:quod præceps & pronus & ſine fræno rationis ſit.
Effrænis ſine freno.
Effugere uitare: inde effugiū ideſt affectus fugæ
Effuſa urbs eſt.
Effuncare radicitus eruere.
Effutire foras mittere:ſicut garruli inepte loqui
Effutio tis foras aliquid effundere ſine affectu.
Ega græce latine capra:inde ægis ægidis caprina pellis.
Egetor ηγήτωρ græce hortator & dux.
Egemon ηγεμωμ græce dux.
Egemonicos ηγεμωμικοσ qui cæteris emiet.
Egenus inops pauper ſine gente & genere indigens Egenus ualde pauper.
Aegæon deus quidam marinus.
Aeger animo triſtis.
Aegrotus uero corpore infirmus.
Egerare ſpernere deteſtari.Egerare execrare.
Egerere euomere uel per anum emittere.
Egere præteritum de ago agis egi duxere compulere tulere.
Egeria nimpha fuit cui conſecratus eſt fons eodē nomine dictus ſic etiam nemus.
Egromai εγειρομαι græce uerbum.i.ſurgo:Inde εγερστωμ liber.i.reſurrectionū uel aſcēſioné.
Egeo illius rei & illa re dicimus.
Egere indigeꝛ pauptatē pati neceſſaria nō habere
Egeſtuoſus miſeriis oppreſſus.
Aegæum mare iter tenedum & chirim ſaxum eſt in mari potius quam inſula:quod uidentibus procul capræ ſimile uidetur ægeus pater theſei. quem in mare ſe ꝓciſſe dicunt.
Egilopium uulnus:quod inter oculum naſcitur
Εγγισ græce iuxta aduerbium latine.

Aegis ægidis fœmininum ſcutum palladis decorio capræ:Nam æga græci latine capram dicunt aut lorica aut ſorolus loricæ eſt etiam ſcutum Iouis de quo Virgilius ægiola concuteret.
Εκλειψισ ſolis ē quotiēs luna.xxx.ad eandē lineam:qua ſol uehiꝛ pcurrit:quæ ſe obiiciēs ſolē obſcurat Eclipſis lunæ eſt quotiēs ī umbrā terræ luna incurrit nō enī ſuū lumē habet:ſed a ſole illuminari putatur.unde & defectum patitur:ſi inter ipſam & ſolē umbra terræ interueniat patitur autem hic xy luna eo uſquæ quamdiu centrum atque ūbrā obſtātis terræ exeat:uideaturq; a ſole.
Eglyſim ideſt anguſtias.
Aeglogæ excepta teſtimonia ægloga dicitur quaſi iter locutio gramatica ægloga diciꝛ quaſi ægaloga æga.n.græce caprā logon ſermonē de capriſ uel quaſi de ruſticis & uilioribꝰ rebus dicunt.
Aegophthalmus gemma oculo caprino ſimilis.
Aegones ſacerdotes ruſtici.
Aegonus collis quirinalis εγω Ego.
Egregius nobilis electus quaſi extra gregem maximus præcipuus:eximius.
Egredior ris egreſſus ideſt de loco ad locū exire.
Aegre difficulter.
Aegreo gres inde ægreſco.
Aegrimonia triſtitia.
Aegritudo in animo:ægrotatio uero in corpore.
Aegrotare infirmari neutrum eſt.
Aegrotatiuus qui frequenter infirmatur.
Eguit pt̄m de egeo mendicauit.
Eyere.i.quod eſt nomē dei apud hebræos.
Ei interiectio dolentis unius ſyllabæ.
Et datiuus cū deberet minui ſyllaba una a genetiuo ſicut oīa ī ius facientia gt̄ui:per dieresim profertur cauſa differentiæ ei iteriectionis.Sic igit ei eidem eiſdem per diæreſim.
Ei ει græce ſi.
Eia age ideſt propera.
Eiicere euellere educere prouocare.
Eielios byzantinorū lingua martius menſis.
Eiectus ab eiicio cis ideſt expulſus.
Eigema ευγέρειχ græce ingenuitas.
Eumenes ευμερησ græce beniuolus.
Eipηνн eirene græce pax.
Eiſebes ευσεβησ græce pius.
Eiulath indiæ regio ſic dicta: quod poſſeſſa ſit ab iuda filio iectam poſt diluuium.
Eiulatus ploratus lamentatio ab ei interiectione dolentis.
Eiulare plorare alta uoce.
Eldeus uel fortis:quod nulla infirmitate opprimatur:eſt autem apud hebræos primum dei nomen.Secundum eloy.Tertium eloe.
Elabi decurrere effugere.
Elactare a lacte tollere.
Elactuarium dictum:quod molle ſorbeatur.
Elaphebolion teucrum lingua menſis 'auguſtus.
Elaphus græce ceruus.
Elam porticus.
Elamite perſæ ab elam filio ſem.

Elanguere defluere ceſſare abolitum eſſe.
Elaſis græce agitatio bene ergo elaſius agitator.
Elatus ſuperbus.
Elatio iactatio:confidentia.
Elatæ palmarum folia:quæ ſurſum eleuantur:nec pē dent deorſum:ſicut aliarum arborum.
Elatæ.palmarum ſunt productiores rami & excel lentiores:interdum aurei coloris criſpātes & ad excelſa ſemper tendētes:nunquam uigorē amit tunt:quidam elatas abietes dicunt.
Elbidus ab elbo colore dictus:elbum.n.eſt medi us color inter nigrum & album:ab albo dicitur
Elbidæ uuæ a colore dictæ:quæ uariæ dñr.
Eleoſis græce ſtomachi exhulceratio.
Elæa græce oliua.
Eleacii nomen gentis.nunc dicuntur ſequanii.
Eleatici ab eliſan filio iuuan græci dicti ſunt; un de & heliſei poſt uero æoles dicti ſunt.
Eleazar interpretatur dei adiutorium.
Elcborum circa eleborum fluuium plurimum naſ citur:unde & noīatur quod ueratrum dicunt ro mani hærbæ genus.
Eleborus pabulum nocens eſt:eſca tamen coturni cum ſit:& plerūq; temperatur ad ſalutē hominis
Electrat ructat.
Electra genus arborum ſuccina.
Electrum dictum quod ad radiū ſolis clarius auro reluceat:Sol.n.a poetis electrum dr.huius metal li natura eſt:ut ad lumina clarius cunctis metal lis fulgeat:&uenenum pdat:Nam ſi illud ī fūdas ueneno:ſtridorem edit:& colores uarios emittit
Electri tria ſunt genera unum:quod fit permixtis tribus partibus auri & una argēti. hic præcioſius aliud ē ſuccinum:quod ſudat de arboribus pini: quæ electrinæ dicunt:fertur quoq; tertium nata le electrum uulgo uero aſmaltum dicitur.
Electria gemma dicta quaſi electa:in uentriculis enim galli inuenitur.
Electus ſplendidus excelſus ex aliis lectus ab eli gor ris deriuatur: unde electio dū quidlibet ex multis eligitur.
Elegans:egregius decens nobilis.
Eleganter urbane.
Elegantia excellentia ab eligo gis.
Elegi uerſus miſerorum.
Elegiacum modulatio carminis quæ miſeris con uenit quod metrum cōſtat primo uerſu heroico ſecūdo prima pentimemeri heroica ſecunda da ctilica.ut Carmina qui quondam ſtudio floren te peregi:Flæbilis heu mœſtos cogor inirē mōs.
Elegos caſtigatio.
Eleiſon græce miſerere.
Elementum dicitur uniuſcuiuſquæ rei initium a quo ſumit incrementum & in quo reſoluit di ctum quaſi:eleuamentum.
Eleinos ἐλεεινοσ & ελεημων græce miſericors inde elimoſina græce miſericondia.
Elenchorum titulus libri cuiuſdam Ariſtotelis. Elenchos ελεγχοσ redargutio eſt Elenchos ēt uocamus lapides in ſuperficie ornamēti:quia il lud illuminant.
Elæon τῶν ελαιῶν græce oliuarum.
Elephantum draco ligat:cuius ruina mors eſt ui ctoris: uterque.n.certat:draco ut alliget pedem: quo ſibi noceret:elephas ne poſteriori pede aut calle capiatur.ſ.auguſto aut ſequentis non habe at auxilium.
Elephas a magnitudine corporis dici a græcis pu tatur. græce enim elephos mōs dicit apud idos uero a uoce barrho uocatur uox eius barrhitus dicitur:& dentes eius ebur:roſtrum eius promu ſcida:quoniam illo pabula ori admouet:hos bo ues lucis dixerunt antiqui romani:boues quia cunctis animantibus grandiores uidebantur:lu cas quia in lucania pyrrhus primo obiecit roma nis:intellectu & memoria uigent.ccc.annos ui uunt Elephas græce:latie hic elephas elephantis & elephātus ti a genitiuo.græco elephantos:ſed pluraliter tantū eſt ſecundæ declinatiōis Elephās miræ caſtitatis creditur ita:ut ſi perdiderit coniu gē nulli copuletur.Inter ſyluas ſolus commorat Elephas ſignificat immanem peccatorem.
Elephātia genus ſerpētis Elephātia lepra morbus dicta a ſimilitudine elephanti:quia ille omnibu animantibus:ita hæc omnibus paſſionibus ma ior ſit.
Eleſſor falſus laudator.
Eleſpontia eſt una de decē ſibyllis in agro troiano quæ ſcribitur ſolonis & cyri fuiſſe temporibus.
Eleſmoth hebraice exodus græce.
Eleterra genus hærbæ.
Eleuigata purificata.
Eleuſinum oppidum atticæ prouinciæ.
Eleuſis uel eleuſin proprium loci.
Eleut eros græce liber liberi adiectiuū.
Eliaci græci dicuntur gyri a conuenienti rigore er rantes.
Elia ante dicta ab elio adriano qui nunc ieroſoly ma dicitur.
Elias interpretatur deuſmeus:qui dum ī ſacrificio altercaretur cum quadringentis ſacerdotibꝫ:ba al inuocato nomine domini deſcendit de cœlo ignis ſuper holocauſtum quod cum uidiſſet oīs populus cecidit in faciem ſuam & ait:dominus ipſe deus.ex hac igitur cauſa tale prius ſortitus ē nomen quia per eum poſt cognouit populus do minum deum:Ipſe eſt fortis dominus interpre tatur:quia eoſdem interfecit.
Eliachin interpretatur dei reſurrectio.
Elice urſa maior.
Elicere producere extrahere ſollicitare euocare.
Elices ſulci in maribus per quos aquæ eliciuntur.
Eliconia ipſa eſt bœtia ab elicone monte muſis cō ſecrato.
Elidæ domini græci ab elide ciu itate græciæ.
Elidere excutere temptare.
Eliſā domini cōtēptus uel deus meus me diſpſit.
Elegere de multis extrahere præponere.
Eluminare extra lumen eiiecere. efferre.
Elinguis mutus balbus quaſi ſine lingua.

Elion quintum apud hebræos dei nomē dicitur & interpretatur excelſus

Elipſis colliſio conſonantiū:cū uocalibus aſpere cōcurrētiū.ut multū ille & terris iactatus & alto.

Eliquata purgata aperta manifeſtata.

Eliquare declarare.

Elis elidis ciuitas eſt archadiæ:in qua agitabatur currule certamen.

Eliſa proprium nomen didonis tyrium nomen eſt:latine dr̄ uirago.Eliſa filius Iuuan a quo græci eliſei uocantur.

Elyſæus domini ſalus interpretatur:quia multas uirtutes fecit:& famem pelles populum a morte liberauit.

Eliſabeth interpretatur dei mei ſaturitas.

Eliſus repulſus inflictus.

Eliſum opidum hetruriæ:

Elyſii campi apud inferos ſunt:ubi piorū animæ poſt corporis:animæq; diſcretionē habitant dicti ατϖυΤησ λυσεώσ ideſt ſolutione inter animā & corpus:quod ſecūdum poetas in medio eſt inferorꝝ ſuis felicitatibus plenū:Secūdum philoſophos inſulæ fortūatæ. Secūdū theologos iuxta lunarem circulum:ubi iam purior eſt aer.

Elius bacchus uocatur.

Elyxum quod in aqua ſolum decoquitur :lyxa.n. aqua dr̄ eo:quod ſit ſoluta:unde membra loco mota luxa dicuntur.

Eloga initium:exordium.

Elogia laudes enucleatæ:ſummatiq; collectæ ſeu archana uel myſteria dei:uel carmina uel crimialia mala.

Elogium hereditas in malo ordo criminum titulus cuiuſlibet rei prouerbium :proſapia eloquium fama ignominia diuinū reſponſum.

Elomi interpretatur arietantes.

Eloquens facundus diſertus oratoris eſt

Elocutio unius uerbi uel ſententiæ :Eloquentia uero multorum.

Eloqui expedite loqui.

Elpis ελϖυσ græce ſpes:proprium cuiuſdā ſanctæ fœminæ Mediolanēſis & martyrium paſſæ.

Eluctabile expugnabile:quod uinci poteſt.

Elucubratum euigilatum elaboratum.

Elucubre lucidum.

Elucius aquati.

Eluere purgare lauarē.

Eluidus hæreticus:q dixit matrē dn̄i quatuor habuiſſe filios:q fratres dicti ſūt.dn̄i & filias.

Elumbis ſine lumbis debilis

Eluo luxurioſus,pdigus:glucto:ābro:uorax.Eluo qui ſua ſuperflue diſperdit aluo luis.

Eluuies uorago:liquor lacūæ foſſe ſordes domus

Eluuio diluuium.

Emathis uel emathia:quæ ē & theſſalia ab Aematho rege.

Emacitas emendi auiditas uel macritudo.

Eman interpretatᷣ accipiens uel fortitudo eorum.

Emanare ebulire procedere.

Emancipare iuris proprii dn̄m conſtituere quaſi extra manū ideſt extra poteſtarem ſuam facere.

Emanuel hebraice interpretatur nobiſcum deus ſignificat:quia per uirginem natus deus hominibus in carne mortalis apparuit.

Emarceo ces emarcui ideſt langueo.

Emathii a nomine emathionis regis dicti.poſt uero macedones.

Emathites lapis ſanguineus:unde & dicitur:

Emaus proprium caſtelli:quod poſt nicopolis eſt dictum.

Emax tenuis macer:uel qui amat aliquid emere.

Embadium area dicitur græce quando a circōpoſita terra ſegregatur.

Emboliſmus græce ſupaugmētū dr̄ eo.qđ expleat numerū ānorꝝ cōmuniū q ānis xiii.lūares mēſes habet ideſt.ccc.& Lxiiii.dies.

Embroce fomentatio græce.

Emblema ſupabūdātia uel obſcuritas.qđ celatur.

Emdola idola.

Emembris ſine membris.

Emendare caſtigare:& corripere.

Ememor oblitus.

Emenſus eſt pambulauit ab emetior tiris:& mentior cōmune antiqtus fuit ualde mentior.

Emere ex alieno meum facere ideſt dare ſuum & accipere alienum.Emo emis emptor emptrix emptio.Empticius cia cium:compōitur redemptor redimo adimo perimo:interimo.

Emergere extra uenire exurgere.

Emeritus ualde meritus.

Emerimos græce circulus brumalis:q nobis hyemen facit.

Emerita arma uictricia.

Emerita ciuitas:quam poſtquam cæſar ædificauit ueteranos ibi conſtituit.

Emeriti milites ueterani:q iā ſoluti a militia ſunt.

Emeteros græce noſter.

Emicare præfulgere:exilire.exultare.

Emicadium uas alearium.

Emigrare uel tranſmigrare de loco ad locū tranſiit abſolute uel ad accuſatiuum tranſiens.

Emigranius uermis capitis.

Eminet præcellit:altum eſt Emineo emines nul eminens ſculptura naturalis color.

Emina appendit libram unam.quæ geminata ſextarium facit:habet drachmas centum.

Eminiſcitur in memoriam reducit.

Eminiculæ eminentes in memoria.

Emin horribiles uel terribiles gigantes.

Eminus procul ex interuallo ideſt longius.

Eminus proxime non longe prope.

Emiſſarius flagitioſus:ſatelles homicida.

Emiſſarius equus:qui ad equas mittitur.

Emiſſus dicitur ceruus quando ceruam ſequitur.

Emites lapis eboris:purus etiam uocatur.

Emonia & emonides genus malefica ī theſſalia.

Emoliri acquirere.

Emolumētū fructus laboris acquiſitio cuiuſq; rei.

Emoptoys effuſio ſanguinis per ora emittunt.

Aemoragia qui ſanguinem per urinam faciunt.

Aemorois fluxus ſanguinis.
Aemorois aſpis noiatur quod quicquid ab ea per
cuſſum fuerit diſſolutis uenis p ſanguinem emo
ritur. hæc æmorois genus ſerpētis alia quā aſpis:
cuius cruor a percuſſo ſtatim fluit.
Emori ex parte uel pro ualde dicitur.
Emos græce mens priſ.
Emphaſis exaggeratio: quæ paulatim uel grada
tim creſcit.
Empira experientia.
Empedocles philoſophus quidam fuit q dum ue
ſtigare cōtēderet loca æthnæ mōtis cadēs i igne
am foueam igne cōſumptus eſt unde empedo-
cleos caſus dicunt.
Emphici dn̄r hi: qbus collectio facta i pulmōe ſi-
ue thorace: & crepuerit & ſōauerit iidē ſūt ſanioſi.
Empiriū itellectuale cælū.i. ignis ἐμπύρος ignit⁹
Empyria ignea.
Emperici medici qui ſolam ſectantur experientiā.
Emphis terroribus conuiciis.
Emphyteſeos perpetuus contractus cōmutatio
Empos impatiens amens.
Emporia græce latine mercatus.
Emporiū locus ſup mar̄: ubi negociatores exercēt
Emporitica genus chartæ: in qua merces iuoluun
tur: unde & dicitur & non ſcribitur.
Emptio & uænditio commutatio rerum atq; con
tractus ex conuenientia ueniens.
Empticius emptus ſeruus mollis conducticius.
Aemulari ſignificat amare iuidere: ſeq ſtudiū hr̄e.
Aemulus ſimulator imitator iuidus oblactans.
Aemulocris a quo æmulus la lū æmulator trix tio
cum accipitur pro inuidere: cōponit̄ ex & imolo
cū uero pro perſequi quaſi extra molere.
Emunctoria ſunt forfices ad emūgēdas lucernas.
Emuſilis rex auidus in auſpiciis.
En cum oſtendis.
Ecce aduerbium demonſtrandi.
En pro an ne.
En ἐν græce pro in uel inter.
Ena coniunctio græca ideſt dum.
Enas unitas: quæ ſecundū ſimplicitatem noiatur.
Omne.n. quod ſimplex eſt: unum eſt. Non autē
omne quod unū eſt: ſimplex eſt: qm̄ & unū colle
ctione dicitur: & unū cōpoſitione: & unū ſimilitu
dine: quæ oīa quia non totum quod ſunt: unum
ſunt. uere unum non ſunt: ſed unitatis nomen ſi
militudine tantum mutuantur non proprietate:
Monas enim unitas eſt: ſed quaſi ſecundum diſ-
cretionem dicitur.
Enachim ſtirps enach gigantum.
Enam uel enan interpretatur fontes.
Enagoſis ſignū hercules dr̄ cū dracone pugnans.
Enna proprium inde ennenſis.
Ennagona: ideſt nouem angulorum: Nam ennea
græce nouem: gonia γωνια āgulus.
Enare extra natare.
Enarmonicum genus muſicæ dulce.
Enantion ἐναντίον græce ante & cōtra ſignificat.
Encheladus quidam gigas: qui ſub æthna ignem
nomere dicitur.
Encenia initia uel noui templi dedicationes.
Encenniare nouum inducere aliquid.
Encetegna macinola lignea: qua amphora tenet.
Enchiridion liber dictus: quod manu aſtringatur
dum plurima continet.
Encliticon inclinatiuum: utq; dixitq;.
Encratite continentes.
Endeca ſyllabi uerſus undecim ſyllabarum.
Endeca græce undecim.
Endees ἐνδεής græce egens.
Endexia græce ad dexteram.
Endia ἔνδεια græce indigentia.
Entolechia ſecundum calchidium perfecta ætas q
ſi entos lechia: ideſt intima ætas: ſecūdum ariſto-
telem perfectio abſoluta ſecūdum platonem ani
mam mundi.
Endiadis figura: cum duo diuerſa nomina in unā
conuenientia coniungūtur: ut in partem & præ-
dam pro in partem predæ.
Endon ἔνδον intus.
Endogetum indigeſtum.
Endogenia naturaliter amæna.
Endoplorato implorato.
Endorigyum irritum.
Endromys ueſtis eſt uilloſa fortis hyemalis: q phi
loſophi utuntur.
Ena græce nouē hinc enea phthōgon.i. nouē ſoni
Encados hellinum lingua nouembris menſis.
Aetna ſiciliæ mons.
Επιχειρεω epicheireo aggredior.
Enences ἐνέγκῃς græce inducas.
Enema græce relaxatio.
Energia græce agilitas.
Energius agilis.
Energia imaginatio actum rei incorporalis oculis
ſubmmiſtrans.
Energia rer̄ geſtarum aut q̄ſi geſtarum ſub oculis
inductio.
Energumini dæmoniaci. Energumini ſunt q con
tempta catholica doctrina operationes diaboli-
cas imitantur.
Eneco cas cui & enecaui: enectus & enecatus ideſt
ſtrangulatus.
Eneruare debilitare.
Eneruatus ſine fortitudine: exhulceratus.
Eneruis ſine neruo.i. ſine uirtute.
Emphaticos exaggeratiue.
Enfiteari negare.
Enfaſis exaggeratio latiorē præbens intellectum
figura eſt.
Enfiteucus: qđ ex ficis bonis apparētibus accipit̄.
Enphraſis obeluſio pori alicuius uel membri ne-
ceſſarii ac uitalis.
Engaddi locus: ubi finitur mare mortuum iterpre
tatur hebraice fons ideſt baptiſmus uel oculus
hædi aut uitulorum.
Engalim uero in principio eſt eiuſdem maris ubi
iordanis igreditur: ſed eandem habet interpreta
tionem.

Eugriphii azimi panes.i.ſubcinericii.
Eniantos ενιαυτοσ græce annus.
Enica adultera.
Enydros coluber beſtiola dicta.quod in aquis uerſetur:aqua.n.græce hydros dicitur.
Enydrus gemma aquam exudans.
Enygma obſcuriloquium obſcura intelligentia. Aenygma q̃ſtio obſcura:quæ difficile intelligitur niſi aperiat̃:& eſt tm̃ ſenſus obſcuritatis: allegoriæ uero uis gemina ẽ ſicut Iſaac ductus ad ſacrificium:ſignificat humilem chriſtũ.Cum uero dicimus de comedente exiuit cibus:ſignificat tm̃ de ore leonis fauum extractum.
Enygmatiſta dr̃ q figuraliter uel obſcuræ loquit̃.
Enygmaneum genus maſculinum.
Enim cũ ſit cõiunctio cauſalis γαρ ſignificat. ut cole pudiciciã:eſt.n.fundamentũ uirtutũ: eſt cõpletiua:cũ δε græcã coniunctionẽ ſignificat: ut ſed enim.Inuenit̃ pro affirmatiua & maxime præpoſitiua:ut enim nõ ſinam.Et enim uero daue ſimiliter nam.enimuero componitur ex enĩ & uero acuitur.in penultima.
Eniochus auriga dicitur.
Enipheus fluui⁹ theſſaliæ ab ochry mõte defluẽs.
Enipnion græce:in ſomnium latine.
Enipſiſtis in excelſis.
Enitere ſplendere micare fulgere.
Eniteſco clareſco.
Eniti conari elaborare generis deponentis.
Enixa conata ad efficiendum ,aliquid uel partu liberata.
Enixius diſtrictiu., manifeſtius.
Enimeles canora uox modis & numeris cõpoſita
Enoch interpretatur ædificatio uel dedicatio :Ipſius enim nomine ciuitatem ædificauit cain.
Enochilis piſcis ſtagneus ideſt anguilla.
Enodare de nodo tollere declarare :planũ facere
Enodis ſine nodo.
Enomaticum dicitur:quod continet communem notionem:ut homo eſt:qui rationabilitate uiget &:ſupponitur rationi.
Enoeam ενοιαν notionem dicunt græci.
Enno fons interpretatur.
Ennoſigæus cognomen neptuni quaſi concitans.
Enormis ingens ſine menſura uel forma:cui nihil addi minui ue poteſt.
Enos iuxta proprie linguæ uarietatem homo uel uir dr̃:pro eo quod ipſe fuit initium nomen dñi inueniendi plerią arbitrabãtur:quod tũc primũ in noĩe dñi & ſimilitudĩe eius fabricaſſent idola.
Enos latine dicitur locus.
Emperica experientiſſima hereſis: quæ inuenta ẽ ab æſculapio:quæ nõ indiciorum ſignis ſed ſolis conſtat experimentis.
Empiſtotama:contractio neruorum.
Empneumatoſis græce inflatio.
Empus paſſio dicta ab apoſtemate intrinſecus uel in latere uel in ſtomacho.
Enſaperda quoddam unguentum.
Enſis ferrum tm̃ omnis gladius.enſis inde diminutiuum enſiculus & enſicula.
Enſicium a ſecando uel ab enſe dictum.
Entelechia abſoluta pfectio uel forma corporis.
Enteaſmos ſpecies maniæ ideſt lymphatici.
Entelos mandatum uel præceptum.
Enteca mens.
Enthei furentes.
Entera inteſtina.
Entenia eſt ĩterrogatio:cũ interrogãdo aliqd aceruamus & exaggeramus inuidiã figura eſt.
Entica repoſita:rei copioſa ſubſtantia uocatur.
Enthymenia cõceptio animi.
Enthymenia quaſi in anima ϑυμοσ.n.græce anima dicitur.
Enthymema eſt impfectus ſyllogiſmus: ĩ quo nõ omnibus conſtitutis infertur feſtinata concluſio ut homo eſt animal:ſubſtantia igitur eſt.prætermiſit enim alteram propoſitiõem omne animal ſubſtantia eſt:ſed tamen ab uniuerſalibus ad particularia ſicut ſyllogiſmus tendit:unde a ſyllogiſmo duxit exordium.
Entos intra græce priſc.
Enucleare aperire:extra nucleum ponere.
Enunciatiua oratio eſt uox ſignificatiua de eo: qđ eſt aliquid uel non eſt.
Eodum aduerbium uocantis.
Aeolica uel æolis quinta lingua græcorum : Eliſa .n.fuit filius iuuan:a quibus græci eliſæi : qui uocantur æolides.
Aeolus rex uentorum filius hippote in ſicilia.
Eolicom tetrametrum recipit:ſpondeum ſiue iambum uel trocheum loco primo deinde duos dactylos ſeu trocheum.
Aeolides filius æoli.
Aeolidæ populi theſſaliæ.
Eo neutrum compoſita ab eo actiua adeo adeor: ſubeo ſubeor:ineo incor obeo obeor.ẽt tranſeo or.prætereo or.circũeo or.Ambio or.
Eo is unde deriuatur iter iturus iens eundum cõponit̃ ſemita adeo circũeo prætereo ob.per.ex. ab .pro.deo.præ.in.ſub.redeo trans.ambio.
Eoratus fluuius qnidam.
Eoos dr̃ primus ſplendor aeris græce:quã nos per deriuatiõem auroram uocamus quaſi euroram
Eouſque in tantum.
Eous homo de oriẽte:interdũ ſol uel oriẽs triſſyllabũ eſt primam corripit & producit ſyllabam.
Epactas latini uocant adiectiones ãnuas lunares quæ per undenarium numerum uſq; ad tricenarium in ſe reuoluentes.quas ideo adiiciunt ut lunaris emenſio rationem ſolis ſequantur:luna enĩ iuxta curſum ſuum.xxix dies lucere dinoſcitur: & fiunt in anno lunares dies.cccLiiii.remanẽtą ad curſum ſolarem dies xi: quos adiiciunt abſą his.n.non in uenies lunam:quo quota fuerit luna:tota erit epacta eodem ãno continent̃ autem epacte circulo decemnouennali.
Epacoyein επακουειν græce exaudire.
Epadiam dicam.
Epaginacus ſynochus tertius.i.nouiſſimus.

Epalleotheta græce alternitas:ut pandide priſ.
Epanodos quam noſtri regreſſionem uocant principium dignitas fuit.
Epanaphora eſt per principia ſenſuum eiuſdē uerbi in uno uerſu repetitio:ut te focinus unda:te liquidi fleuere lacus.
Epanalepſis eſt ſermonis in principio uerſus poſiti eiuſdem in fine replicatio:ut creſcit amor nūmi quantum ipſa pecunia creſcit.
Epangelia eſt promiſſio:q iudicē attentū facimus pollicētes nos aliq magna uel minima dicturos.
Epanleum aſcenſio tortuoſa.
Epar græce iecur eſt.
Epercus perfectus.
Eparchion græce ſtatio uel taberna.
Epardion marubium.
Eparius lapis a loco dictus.
Ephatar purificatio.
Epitheſis græce adiunctio.
Epatula aqua.
Epheaſis iteratio crebra ſermonis.
Ephebia prima pars adoleſcentiæ.
Epectaſis porrectio græce.
Epembaſis iteratio enumerationum ſtudium uerba repetentis.
Epentheſis uel parentheſis appoſitio in medio ut indupator pro imperator.
Epexergaſia quando uni cauſæ duas probationeſ opponimus.
Epi græce ſupra.
Epiarſis ſuper ſanus.
Epicharis ἐπίχαρις græce.i.ſupergratioſus.
Epicaricus qui herpicam trahit.
Epicum laudabile.
Epos enim græce uerſus pro laude.
Epichoenon promiſcuum genus:quia utrunq ſexum ſub uno genere nūciat:ut hic piſcis. Epicoenum græce ſuper commune:nam promiſcuum: quod ſequitur:non eſt uerbum ex uerbo:ſed ſenſum expreſſit:quod eſt dubium uel confuſum: quia ſub uno articulo marem & fœminam compræhendit.
Epithema anathema.
Epy mons quidam.
Epicherema in rhetoricis eſt latitudine diſtans & productione ſermonis a dialecticis' ſyllogiſmis. Conſtat autem tribus modis.i.primo tripartito ſecundo quadripartito:tertio quinquepartito.
Epicheremata executiones uel approbatōes dicūtur.Epicheremata argumentationes græce.
Epichima ideſt ſubſtātia patris & filii & ſpiritusſancti ſuper omnia preterita & futura.
Epicyclus ἐπίκυκλος dicitur globus:qui ſuper aliquem circulum fertur.
Epicauſtorium locus unguentorum.
Epicurei dicti ab epicuro:quē ipſi philoſophi porcum nominauerunt quaſi uoluptatem hic.n.uoluptatem corporis ſummū bonū aſſerebat. Nulla.n.prouidentia inſtructum eſſe mundum nec non omnia cōſtare corporibus animam uero nihil eſſe niſi corpus dicebat.
Epicurus ἐπίκουρος latine auxiliator.
Epicroculum palium tenue meretricum a croceo colore dictum.
Epicroca perlucida.
Epicteſis adiectio:porrectio:impoſitio.
Epicurei græce auxiliares.
Epidaunos fluuius de theſſalia exit.
Epidaurus urbs græciæ:a qua æſculapius romam adductus eſt.unde epidaurius ipſe dictus eſt ſerpens:in cuius ſpecie uenit.
Epidaurus epiri ciuitas.
Epidictica demōſtratiua ſciētia philoſophorꝝ eſt.
Epid itheſis ſuperioris rei correctio.
Epidromos uelum ſecundæ amplitudinis ſed ad puppim.
Epidicazomenos ἐπιδικαζόμενος fabula græce a nomine proprio dicta in latino phormio dicit ab alio nomine.
Epiphania græce apparitio: dicitur uel manifeſtatio hac.n.die chriſtus ſideris indicio magis apparuit adorandus uel i baptiſmate oſtēſus ē. uel qd primo ſigno aquā in uinum mutans ſe pPalauit.
Epiferomenos ſuperueniens.
Epiphora lyppitudo oculorum.
Epiphi ægyptiorꝝ lingua unius menſis dicitur.
Epigrāma titulus quod latine ſuperſcriptio dicit.
Epi ἐπί.n.ſupra gramma littera uel ſcriptio dicit.
Epigri claui ſunt quibus lignū ligno adhæret.
Epilepſia ἐπιλεψία græce aphenſio dicitur quod mentem appræhēdens.pariter etiam corpus poſſideat:fit autem ex melancolico humore:quotiēs exhuberauit: & ad cerebrū cōuerſus fuerit:hæc paſſio caduca dicitur eo quod cadēs æger ſpumā patiatur.hos.n.lunaticos uulgus uocat:qd lune curſu commutantur Iidem & barbati hic idem morbus comitialis dicitur.
Epilepticorū duo ſunt genera unum cū tremore & ſomno uel ſtertunt: quos dicunt dæmoniacos. hi ex parte ſentiūt. Aliud ſine tremore & ſomno: hi ſine ſenſu ſunt:Qui cum ſpuma eſt & tremore non curatur.Qui ſine tremore eſt curatur.
Epilogus nouiſſima ps controuerſiæ:quæ præces tantum habet.Epilogus ſupra ſermonem ideſt i fine narratio eſt miſera.
Epimelas dicitur cum in candida gemma ſuper nigritat color.
Ephemerides computatiōes:actus ſingulorū dierum calculatio quottidianæ febres.
Epimene memoria uel breuiariū repetitio crebra ſermonis:quæ multa colligit unius uerbi decurſa iteratiōe:repetitio crebra ſententiæ.
Epimenia exenia quæ dabātur p ſingulos mēſes.
Epinauſimache ſuperna naualis pugna.
Epinicea ideſt dies uictoriarum.
Epipara græce ſuperueniens dicitur:quia nihil negotii habet i naui niſi ut dato naulo tranſeat.
Epicrota perlucida.
Ἐπιβωμαι epibomai acclamo quod per narratas res b reuiter cum exclamatōe ꝓrumpit.

Επιβωμάι epibomai acclamo quod per narratas res breuiter cum exclamatiõe prorumpit.
Epipede ideſt plane figuræ ſine profunditate.
Epiredia maiora uehicula.
Ephyre eſt coryntlius ciuitas eſt ãgulus quaſi lingua iuxta mare.
Epirica ciuitas græcie.
Epiros græce ꝑpetua terra nec ullo mari diſcreta.
Epirus urbs græcie Epirus prouĩcia græciæ a pyrrho achillis filio dicta.
Epirote gens a pyrrho filio achilis prius perſidæ dicti poſtea cum pyrrho rege ad italiam tranſire præſumpſerunt.
Epiſcopus græce ſuperintendens uel inſpector dicitur: curam ſcilicet ſubditorum gerens: nomen eſt operis non honoris.
Epiſynaliphæ uel ſinæreſis cõglutinatio duarum ſyllabarum in unam: ut neri pro nerei.
Epiſtylia dicta quaſi ſupra ſtylos.i.columnas. Nã ſtilus græce columna.
Epiſtola græce latie ſupermiſſiua dicitur. ſtella.n. miſſa iterpretatur. Nam ante chartæ & membranarum uſum: ĩ dolatis ex ligno codicillis epiſtolæ ſcribebantur: unde & portitores earum tabellarii uocati ſunt.
Epiſtolare exponere.
Epitatto επιτάττω græce impero.
Epithaphium græce ſuper ſepulchrum: eſt enim titulus mortuorum: ubi uita eorum deſcribitur.
Epithalamia ſunt carmina nuptiarum: quæ decãtantur a ſcholaſticis in honore ſponſi & ſponſæ: hæc primum Solomon ædidit in laudem chriſti & eccleſiæ: ex quo gentiles epithalamium ſibi uẽdicarunt: dictum eſt autem: quod in thalamis decantetur.
Epita ſuperpoſitum: ut ego ipſe.
Epicherema argumentatio quædam cum genus ſub aliquid ſpecies uero ſunt in qualitate ut diſciplina genus ſpecies: grammatica dialectica &c.
Epitheton eſt ſupra nomẽ: præponitur enim proprio nomini: ut almaceres: obſcæniq; canes & dira celeno: nec unq̃ eſt ſine nomine. unde differt ab h̄ tropo: quo uitupamus uł laudamus aliquẽ.
Epitheta ſunt q̃ latine adiectiua dicunť eo: quod ad implendã ſignificationẽ noĩbus adiiciantur: ut magnus dicitur philoſophus.
Epitheſis impoſitio porrectio.
Epitima dicta quod ſuperponatur aliis adiutoris præcedentibus.
Epithymum græce: latine flos thymi dicitur. flos enim græce thymum uocatur: ẽ autem flos tymbræ ſimilis.
Epithymiticon concupiſcibile.
Epitoma adbreuiatio memoria.
Epitomarius adbreuiator.
Epitriti pedes dicti: quod ſemper tres lõgas habeant & unam breuem: quæ ſunt quattuor.
Epitritus primus ex prima breui & tribus longis: ut ſacerdotes: Secundus ex ſecunda breui & tribus longis: ut cõditores: Tertius ex tertia breui & tribus lõgis: ut Demoſthenes. Quartus ex q̃rta breui & tribus longis: ut feſcẽninus. Epitritus eſt: cũ de duobus numeris maior habet totũ minorem in ſe & inſup: eius tertiã partẽ: ut ſunt.iiii. ad tres. hic nũerus uocať epitritus: deq; eo naſciť ſymphonia: quæ diateſſeron dicitur.
Epitrope permiſſio: cũ aliquid ipſis iudicibus aut aduerſariis permittimus ad exiſtimandum.
Epitrochaſmos: ideſt dicti rotatio cum ſuccincte ꝑſtringit: quæ ſunt effuſius dicenda.
Epizeuxis congeminatio unius uerbi: ut deus deus meus.
Eplaſten formauit ſine fine fit.
Epodos eſt clauſula breuis in poemate: ubi in ſingulis q̈buſq; maioribus ſequentes minores quaſi clauſulæ recinunt.
Epodos additio ſuper odas: nã epi ſupra: odæ laudes uel cantus: additũ eſt.n. hoc carmen a latinis
Eomagdous numerus: qui inter ſe habet minorẽ: & inſup eius octauã partẽ: ut.ix. ad.viii. hic numerus ſonũ parit quẽ muſici tonum uocant.
Epops uolucris: quæ upupa uulgo dicitur.
Epos ideo dictum eſt: quod habet unum pedem maiorem: alterum minorem.
Epos græce uerſus & gloria.
Epotica diſputatio eſt: quæ ex ſinceriſſimæ rerum ſcientiæ fonte manat.
Epotica primaria inquiſitio: & ſubuectæ contẽplationis altior aliquantulum q̃ de phyſica: ut de natura angelorum.
Epulæ opes copiæ pluraliter tantum declinantur: Singulariter epulum dicitur: & græce dr̃ ευφρασία. epulo & epulor antiquitus: & epulo onis ab epulando.
Epulaticius: qui epulis dat operam. epulæ ab opulentia dictæ: ſunt autem priuatorum: dapes uero regum.
Equus aĩal ab æqualitate dr̃: licet e breuietur quia quando quadrigis iungebať pares æquabãtur: inde diminutiuum equuleus: equus. equeſtris equa equula: eques tis: equito tas: eqtor eqtatio.
Equaritia grex equarum uel uaccarum.
Eques qui ĩ equo ſedet ĩ armis. hic & hæc eq̃s tis.
Equeſter locus uł ordo equitum. equeſter qui certaminibus iteruenit medius: per quem utraque pars æquam fidem ſequatur.
Equidem coniunctio complectiua: licet alia poſſit eſſe. priſ. Non equidem inuideo.
Equito equitas taui. Virg. neutrum eſt.
Equi marini dicti: quod prima parte ſunt equi poſtrema ſoluuntur in piſces.
Equi fluuiales quos hippotamos uocãt: eo qđ generentur in nilo flumine: nec ambulent. ſed tantum natent. equus ſignificat ſanctum uirum ĩ bono: in malo falſum: ſignificat etiam corpus: quod regitur uel carnem uel ſuperbos honores.
Aequiuoca dicuntur: qñ multarum reꝝ unum nomen eſt ſed non eadem definitio: ut leo quãtum ad nomẽ pertinet & uerus & pictus eſt & cæleſtis quorum diuerſa eſt definitio.

Errare uagari in diuerſum currere.
Erratum:peccatum macula.
Erraticæ erroneæ uagantes quaſi extra rectum.
Errabundus:erraneus ſimilis erranti.
Eranem equum uulgus uocat: quod in modum æris ſit coloris.
Aerator debitor reus:obligatus.
Erato una ex muſis poeta fuit.Interpretatur inueniens ſimile. ideſt ars geometria plectra gerens erato ſaltat pede carmine uultu.
Ercinæ aues dictæ ab ercino ſaltu germaniæ: ubi naſcuntur:quarum penne adeo per obſcurũ ſplẽdent:ut quamuis nox ſit:Indicio tamen plumarum curſus uiæ pateat.
Erciſcundæ diuiſio hæreditatis inter hæredes: Erciſcundæ.n.apud ueteres diuidundæ dicitur.
Erebus ꝓprie ẽ pars inferoꝝ:ubi q bene uixerunt morant̃.Nam ad helyſiũ non niſi purgati perueniunt. Erebus inferoꝝ profunditas & receſſus.
Eryſipila eſt quẽ latini ſacrũ ignem appellant p antiphraſim.Siquidẽ in ſupficie rubore flãmeo cutis rubeſcunt:tũc moto rubore quaſi ab igne uicina inuadunt loca ita:ut etiam febris excitetur.
Erga præpoſitio περι ſignificat:ſed quando affectum demonſtrat:ut bonus erga propinquos ẽ: ſeparata ſolummodo inuenitur:apud circa. Erga græce opera.
Ergaſteriũ locus ἐργαστήριον ubi aliquod opus fit.græce.n.opera erga στασις ſtaſis ſtatio.i.operaria ſtatio.
Ergaſtulum carcer uel locus ubi damnati marmora ſecant:aut aliquid operantur ab erga qđ græce dicitur opera.
Ergaſtulum durum opus aliquod.
Erga & hemeras ἐργα και ημερας:ideſt opera & dies.
Ergata ἐργατης uicinus uel operator.
Ergatiuum contemplatiuum.
Ergo qñ penultimã acuit coniunctio ẽ rõnalis.collectiua:illatiua:qñ uero in ultima circũflectit̃ cauſalis & ſignificat pp:ut Virg.uenimus ergo:ideſt cauſa illius propter illum & eſt aduerbium.
Ericius animal ſpinis coopertum: dictũ eo: quod erigit ſe:dum ſpinis ſuis clauditur.
Erycis fines ſiciliæ:in qua eryx ueneris & Batæ filius regnauit.
Erycina uenus dicta a monte eryce:ubi eryx rex fuit:& ipſa colitur.
Ericit cuſtodit.
Erichthonius rex fuit athenienſiũ.huius nouiſſimis annis.Ieſus naue mortuus reperit̃. Aiũt uero inde dictũ:quod Vulcanus motus ĩ Mineruã in cõtentiõe ſæmen fuderit terræ græce.n.ἐρις eris contentio. χθων chthon uero terra dicitur: ex qbus duobus compoſitũ eſt erichthonius:fuit uero uulcani filius & Mineruæ:qui primus qtuor equos iunxiſſe traditur.
Eridãus fluuioꝝ rex.Virg.uel fluuius Italiæ qui padus dr̃.Eridanus ſignũ alii nilum quidã oceanum dicunt.Inter hunc qdã eſt ſtella canopos dicta clara.Eridanus a græcis dictus ab eridano ſolis filio.i.phaetonte:qui in eo cecidiſſe dicitur.
Erigõ græce hærba agreſtis dr̃: quod uere primo ſeneſcat:unde eã latini ſenectionẽ uocant.
Erymanthus arcadiæ fluuius & mons:ubi occidit hercules aprum.
Erinacii ẽ χοιροι nũcupant̃ ꝓpe magnitudine mediocriũ cuniculoꝝ:de cauernis petraꝝ ꝓcedẽtes gregati ĩ hermo:q̃ eſt cõtra mare mortuũ:paſcũt̃.
Erinacius figurã habet porcelli lactãtis:ſed deforis ſpinoſus eſt:uuã exacinat acinis q̃ ſpinas ſuas replet ſignificat uoluptates & ſolicitudines carnalium uitioꝝ:q̃ auferunt ſpirituales fructus.
Erinos circulus græce dr̃ ſolſtitialis:quique æſtatem nobis facit.
Erinnys nomẽ furiæ Erinnys erinyos græce:latie hæc orinnys erinnyos erinys.o.in.i.ſicut amphibrachis amphibrachios:amphibrachis.
Aeripedes equi uel cerui dicti quaſi æripedes.i.ueloces.uirg.fixerit Eripedem ceruam.pro æripedem per ſyneriſim.
Eripere auferre. ab alio rapere: componitur ex e & rapere.
Aeris flos Erugo.æris conflationibus fit.
Eris græce lis.
Eris uentris modicum.
Eriſibe erugo:ideſt meſſis erugo.
